Michael Denis: Codices Manuscripti Bibliothecae Palatinae Vindobonensis Latini Aliarumque Occidentis Linguarum. Vol. I. Pars III.

Wien, 1794 Seite 3223

Quelle:
Copyright:

VII. *fol.* 98. p. 2. *Queſtio per Reuerendum patrem dominum ludowicum de roma protbonotarium facta, an ad depoſicionem pape incorrigibilis procedi poſſit.* Initium: *Queſtio diſcutienda eſt. Nunquid aduerſus papam incorrigibiliter* &c. Reſpondetur affirmando, addito tamen in calce: *Et bec de preſenti queſtione dicta ſufficiant, prout ad merum iuriſtam pertinet.* Novit *Manſius* e fonte *ſupracit.*

VIII. *fol.* 101. p. 2. *Propoſticio Reuerendi patris d. Ludowici de Roma Apoſtolice ſedis protbonotarij. Ad reuerendum patrem et illuſtrem principem d. Archiepiſcopum Colonien. facta, dum ad ipſum orator accederet ſacri baſilien. concilij.* Initium: *Reuerendiſſime* &c. *Sancta catbolica eccleſia apud ſanctam baſilien. ſynodum repreſentata legitime — ſalutat vos et benedicit* &c. Omnibus modis agit, ut *Theodoricum*, qui partes neutras amplexus erat, Synodo adjungat. Multa ad Concilii hiſtoriam ſubpeditat haec Oratio, quam itidem excitat *Manſius.*

IX. *fol.* 105. p. 2. *Propoſitio facta* — per Eundem — *apud illuſtrem principem d. pbilippum ducem burgundie. Anno domini M° CCCC° XXXVIII. die XXVIII.* (Menſis?) *in opido bruxellen. ducatus brabancie.* Incipit: *Illuſtriſſime* &c. *Sancta catbolica et vniuerſalis eccleſia per ſanctam baſilien. ſynodum repreſentata legitime* &c. Tota paene Oratio in laudibus *Pbilippi* verſatur initio ducto a *corporis ſpecioſiſſima forma*, laboratque in eo *Baſileenſibus* conciliando; unde ſub finem: *Noli igitur confidere in eorum mendacijs, qui tibi falſis perſuadent racionibus ferrarie exiſtere concilium generale. — Noli arbitrari licitum tibi fore in duas partes claudicare* &c. Habile ſane inſtrumentum Synodi fuiſſe oportet *Pontanum*, unde et laudes repetas, quibus eum loco *ſuprac.* mactat *Aen. Silvius.* Hujus etiam Orationis ἐπιγραφὴν edit *Manſius.*

X. *fol.* 110. p. 2. *Propoſicio facta bituricis anno domini M° CCCC° XXXVIII. de menſe Junij coram Rege francie* (Carolo VII.) *et prelatis eccleſiam gallicanam repreſentantibus ibi congregatis. per organum domini Thome de corcellis vnius ex oratoribus ſacri baſilien. concilij ibi pro iuſtificatione concilij miſſis.* Initium: *Ingentiſſimam conſolacionem eccleſie dei tribuit hoc tempore veſtra maieſtas* &c. De Conventu hoc *Bituricenſi* videri poteſt *Collect. Concill. Labbei* T. XVII. edit. *Venet. col.* 1365. De Oratore noſtro dicam ad *Cod.* DCCCCLXXIII. Praeſens ejus Adlocutio integra non eſt; notatur enim ad calcem: *Hic deficit 4ta pars videlicet peticiones.*

XI. *fol.* 115. p. 2. *Anno domini M° CCCC° XXXVIII. Poſtquam coram rege francie et prelatis in bituricis congregatis propoſicio tam ex parte concilij baſilien. quam domini pape eugenij facte fuiſſent. et deliberatum et quod ipſe rex auctoritatem eccleſie defendere vellet per regem reſponſum extitiſſet. Vnus oratorum domini pape epi-*